



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 15. Andronicus Sardensis in offensionem Imperatoris incurrit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

VIII.
cum
us a
re in
oncor
oantur
eratot
n pro
Gre
ideus,
expro
Non e
x mox
it, re
redu
di ra
o an
en re
atriar
Sed
contra
t, po
eccus
is in
extra
e fun
exato
to af
n ne
orem,
ntef
litte
t.
XV.

§. XV.

Sæcul.XIII.
A.C.1284.

*Andronicus Sardensis in offenditionem
Imperatoris incurrit.*

Andronicum Metropolitam Sardensem
horum malorum omnium authorem
principem monachus Galaktion suus *Pachym.*
discipulus accusavit, quod de Impera- *6. 23.*
tore male locutus esset, cui aliunde su-
spectus erat de noxis gravioribus. Ita-
que veluti læsæ Majestatis reus tracta-
batur. Primum contumeliis oneratus
& vituperiis, quod, cum esset monachus,
deposita veste religiosa iterum Episcopi
gradum concendere ausus fuisset, tum
post alias injurias pugnorum ictibus ab-
actus duriter, ac e conventus loco eje-
ctus est. Maxime omnium dolebat il-
lus, quod ipsi fecit Nicander Episcopus
Larissanus, quem tanquam a Joanne
Vecco consecratum exauthoraverat. Is
Andronicum turpiter pulsum videns, pre-
hensum monachi capitum capiti ejus im-
posuit, & abjicienti obtrusit denuo: quod
fæpius iteratum spectantibus cachinnos
inovit.

§. XVI.

Carolus Siciliæ Rex moritur.

Rex Siciliæ Carolus quondam Græco- *Nic. Spec.*
rum terror, sed tum mœrore obrutus *lib. I. c. 29.*
ob

